



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Constans Defensio, Ex S. Scriptvra, Et Vera Catholica
Doctrina, Atqve Observatione Vniuersalis Christianæ
Ecclesiæ Deliberationis de Christiana Reformatione**

Bucer, Martin

Genevae, 1613

De enumeratione peccatorum 111

urn:nbn:de:hbz:466:1-34315

bus ad ælificationem prodest, omnia peccata omni tempore particula-
riter recensere : id quod piis, & qui veræ conscientiarum medicinæ
scientiam habent, apertissimum est.

Nunc deinceps respondendum est ad præcipuum argumentum Ad-
uersariorum eorumque accusationi, quam contra Librum Reformatio-
nis instituunt, occurrentum.

*Defensio Libri Reformationis, & Responsio ad argumenta & re-
prehensiones Aduersariorum.*

De certificatione Remissionis peccatorum.

De enumeratione peccatorum.

C A P. C X I.

RIMVM omnium carpunt Aduersarij Librum in eo, quod
nolit qaenam ad peccatorum enumerationem obli-
gari, cùn tamen Catholicus Ecclesiæ intellectus sit ac-
sensus, quod ligatio & solutio, de qua mandauit Domi-
nus. Mat. 16. & 18. & Ioan. 20. Aliter fieri non possit, quām
si hi, qui post Baptismum sunt in grauiora peccata prolapsi, delicta sua
prius distinctè Sacerdoti confiteantur, & ab eo tanquam iudice iudi-
cium : & tanquam medico medicinam accipient, imò & sensum com-
munem id agnoscere, quod nemo retinere, ligare, aut soluere queat, id
cuius nullam habet cognitionem.

Responsio.

Superius ostensum est, veteres S. Patres peccatorum enumerationem
sunt unquam requisiuisse, neque requirendam agnouisse. Quare non
modò præter veritatem, sed etiam præter omnem veritatis speciem ab
Aduersariis adfirmatur. Catholicum esse Ecclesiæ sensum, quod ligandi
& absoluendi ministerium, Ecclesiæ suæ à Domino commendatum, alia
ratione expediri nequeat, quam si peccator peccata sua distinctè con-
fiteatur.

Primum enim constat, quod etiam illis qui baptizantur, peccata re-
mittuntur: qui verò baptizari renuunt, retinentur. Post Baptismum ve-
rò eorum retineantur peccata, & tum ad temporale, tum ad æternum
supplicium ligantur, qui peccata sua neque confiteri, neque pœnitentia
tiam eorum agere volunt.

Quapropter in doctrina Aduersariorum prima hæc falsitas est, quod
asserunt, iuxta mandatum Domini nullius peccata remitti vel retineri
posse, nisi post Baptismum, & cùn ea distinctè Sacerdoti fatentur. Quod
ad soluendum pertinet, Verum quidem est, Ministros Christi neminē
soluere posse, liberūmque à peccatis pronunciare, nisi peccata sua con-
fiteatur, & emendationem promittat. Quod autem propterea distinctè
peccata